Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sentem. qui cum patre & spu sco uiuit & regnat in scla sclorū. A

Fra. v. Sermo beati aug epi de resurrectione dni nri

NARRATIO RESUR
RECTIONIS DNI NRI IHV XPI SCDM EVANGE
listam iohannē hodie legi cepit. Hoc enim scitis
& commendaueram uobis scdm omnes quatuor euangeli
stas istis dieb; resurrectionē dni recitari. De his ergo que au
distis. illud tantum solet moueri. quare dixerit dns ihs mu
lieri querenti corpus eius. & eum iam uiuū agnoscenti noli
me tangere. non dum enim ascendi ad patrem meum. Dixi
aut uobis & meminisse debetis n omnia omnes dicere. s; dici
ab aliis que ab aliis ptermissa sunt. non tamen ita ut inter se
repugnare credidissent. s; absit contentio. & absit pietas in
telligentis. Nam sicut legitur apud euangelistam matheū.
postea quā resurrexit occurrit duab; mulierib; in quib; & i
sta erat. & dixit eis. Auete. Ille aut accesserunt & tenuerunt
pedes eius. & adorauerunt eum. Et utiq; ad patrem non dū
ascenderat. Quomodo huic dicitur noli me tangere n dū
enim ascendi ad patrem meū. Sic enim uerba ista uidentur
sonare. quasi tunc eum possit tangere maria quando ascen
disset in celum. Si in terra positum non tangit. in celo se
dentem quis mortalium potest tangere. S; ille tactus. fidē
significat. Tangit xpm. qui credit in xpo. Nam & illa mu
lier que fluxum sanguinis patiebatur. dicebat apud seme
tipsam. Si tetigero tantum fimbriā uestimenti eius. salua
ero. Fide tetigit. & sanitas subsecuta ē quam psumpsit. Deniq;
ut nos sciamus quid sit uere tangere. dns continuo dixit
discipulis suis. Quis me tetigit. Et dixerunt discipuli.
Turbe te comprimunt & dicis quis me tetigit. Et ille teti